Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

gia mea. Persequar inimicos
meos et comprehendam illos et non
conuertar donec deficiant. Con
frigam illos nec poterunt stare
cadent subtus pedes meos. Et
precinuisti me virtute ad bellum
et supplantasti insurgentes in me
subtus me. Et inimicos meos
dedisti mihi dorsum et odientes
me disperdisti. Clamauerunt nec
erat qui saluos ad dominum nec exau
diuit eos. Et conminuam eos
ut puluerem ante faciem ueni ut
lutum platearum deleto eos. Et
eripies me de contradictoribus pli
constituies me in caput gentium
Populus quem non cognoui ser
uiuit mihi. In auditu auris obedi
uit mihi. Filii alieni mentiti
sunt mihi. Filii alieni inueterati
sunt et claudicauerunt a semitis suis
Viuit dominus et benedictus deus
meus et exaltetur deus saluator mei
Deus qui das ultionem mihi
et subdis populos sub me liberator meus
de inimicis meis iracundis. Et
ab insurgentibus in me liberabis me
a uiro iniquo eripies me. Propter
ea confitebor tibi in nationibus
domine et nomini tuo psalmum dicam
Magnificans salutes regis
eius faciens misericordiam cum
suo dauid et semini eius usque in se
culum.
Celi enarrant gloriam dei et opa
manuum eius annunciat firma
mentum. Dies diei eructat
uerbum et nox nocti indicat
scientiam. Non sunt loquele
neque sermones quorum non audiantur
uoces eorum. In omnem terram
exiuit sonus eorum et in fines orbis
terre uerba eorum. In sole po
suit tabernaculum suum et ipse tanquam
sponsus procedens de thalamo suo
Exultauit ut gigas ad currendam
uiam a summo celo egressio eius
Et occursus eius usque ad sum
mum eius nec est qui se abscon
dat a calore eius. Lex domini
immaculata ~~conferitans~~ continens
animas testimonium domini fidele
sapientiam prestans paruulis
Iustitie domini recte letificantes cor
da. Preceptum domini lucidum illu
minans oculos. Timor domini sanc
tus permanet in seculum seculi iudicia
dominum uera iustificata in se met ipsa
Desiderabilia super aurum
et lapidem pretiosum multum et
dulciora super mel et fauum. Et
enim seruus tuus custodit ea in custo
diendis illis retributio multa
Delicta quis intellexit ab occul
tis meis munda me et ab alienis
pce seruo tuo. Si mei non fuerint
dominati tunc immaculatus ero
et emundabor a delicto maximo
Et erunt ut complacent eloqua
oris mei et meditatio cordis mei
in conspectu tuo semper. Domine ad
iutor meus et redemptor meus
Exaudiat
te dominus in die
tribulationis. Protegat te nomen
dei iacob. Mittat tibi auxilium